



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Ignatii demißio. 141

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

RES à S. IGNATIO
GESTÆ.

VIRTUTES.

I.

QVÆ de Vita Rebusq; IGNA-
TII comperta sunt, priori
commentario, quàm brevissimè
potuit, tradidimus. Virtutes, ce-
teramque eius indolem, dein-
ceps persequemur. Sed in rerum
optimarum copia, incredibile si-
bi negotium capiat, qui singulas
stilo complecti velit. Nobis sat-
erit, aliquarum duntaxat sylla-
bum texuisse; & quas ille proli-
xè habuit, multò hîc angustius
denarrare.

141 Familiam ducat **MODESTIA**
quam **Submissionem** Latini; Re-
ligiosi **HVMILITATEM** appella-
mus. Ab hac **IGNATIVS**, discipli-
nat

nar
ma
de i
act
diu
bat
loca
inte
cul
den
tus
que
plo
terr
ti in
inde
salu
fran
mor
etor
ret.
ni;
mer
ad c
nat

nam exteriorem pleramque formavit; & exemplis fermè quid de illa sentiret, ostendit. Lacer, ac tunica malè facta, vix dimidiàm textus, orbem perambulabat. Pauperum diuersoria, quàm loca lautiora malle; semperque inter plebem pro ignoto mendiculo, contemni affectabat: tum denique lætitijs perfundi se ratus, quoties conuitijs ludibrijsque aspergeretur. Addidit exemplo præceptum: Longè in infima terræ ei descendendum, qui eniti in sublime olim vellet: tum deinde; ad corrigendos æui mores, salutemque animorum administrandam, maius ab hac Modestia momentum haberi; quàm si auctoritas intempestiua se ostenderet. Dicere illum interim meminì; familiares sibi omnes documento, ad virtutem esse; seseque, ad quosuis pœne comparatum,